



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quales ad testimonium accedere debeant. iiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BYRCHARDI EPIS. VVORMAC.

quos vicarios, & ceterarios vocant, iustos habere debent, ne forte eorum auaritia aut rapacitate populus grauetur, & amissis facultatibus in paupertatem redigatur. Tales vero probatissimi & pauci, de pluribus esse debent, de quorum fide non dubitetur. Multum autem prauidetur, testimonium, cupiditate & falsitate respublica laeditur.

De illis qui crimen obiecerint, & verum non probauerint. *Caput III.*

Ex conc. Arausico. cap. 4.

Qui crimen obiicit, sciat se probaturum, & ubi causa terminetur, ubi crimen admittitur, & non probauerit quod obiecit, poenam quam tulerit, ipse patiatur.

Quales ad testimonium accedere debeant. *Caput IIII.*

Ex conc. apud Theodonis villa habito. cap. 3.

Homicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos, magos, & quoslibet similes, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium admittendi.

Ne innocens pernicie accusantium maculetur. *Caput V.*

Ex decre. Felici papae, ca. 15.

Dignum est ut vita innocentis non maculetur pernicie accusantium, adeo, ut qui quis a quolibet accusatur, non ante accusatus supplicio deputetur, quam accusator praesentetur, atque ut & canonum sententia exquiratur: ut si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur.

Ut nullus describatur reus, priusquam conuincatur. *Caput VI.*

Ex decre. Adriani papae, ca. 2.

Iudex criminis discutiens, non ante sententiam proferat finitiuam quam aut reus ipse confiteatur, aut testes idoneos conuincatur.

Ut presbyteri suos parochianos in synodo accusare debeant. *Caput VII.*

Ex conc. Moguti, cap. 6.

In sancto concilio decretum est, ut presbyteri suos parochianos, & accusare, & testimoniare possint, si negligenter, sui gradus periculo subiacebunt.